



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Sydoniensi Et Cardicensi Episcopis, & electo Nazorescensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

sessionibus suis in vita sua conferat, vel in extremo articulo condat Ecclesiis testamentum. Cum igitur ex inhibitione hujusmodi & Ecclesiis dispendium & inhibentium interitus procuretur, fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus quatinus illos ut eandem inhibitionem relaxent moneatis attentius & efficaciter inducatis, ipsos ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione remota, sicut justum fuerit, compellentes. Quod si non omnes &c. duo vestrum ea &c. Datum ut in alia.

*SYDONIENSI ET CARDICENSI  
Episcopis, & electo Nazarenensi.*

*Epiſt. III.  
De ablatis refi-  
tuenti Eccle-  
ſia Citrenſi.  
Vide ſuprā epif.  
108.*

Onquestionem dilecti filii Citrensis electi nobis accepimus praesentatam quod nobiles viri V. Alemannus & quidam alii Citrensis diocesis Ecclesiis Citrensem & Platamonensem, castellum etiam de Citro, decimas tam Graecorum quam Latinorum, ac possessiones alias ad ipsum & Ecclesiis memoratas rationabiliter pertinentes per violentiam invaserunt, & detinent contra iustitiam occupatas. Quocirca discretioni vestrre per apostolica scripta mandamus quatinus illos ut Ecclesiis, decimas, & possessiones easdem electo memorato refutent, & de perceptis satisfactionem exhibeant competentem, monitione praemissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota, sicut justum fuerit, compellatis. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram eandem appellatione remota cogatis perhibere testimonium veritati. Quod si non omnes &c. duo vestrum ea &c. Datum ut in alia.

*ARCHIEPISCOPO NEOPATRENSI,  
& Episcopo Davaienſi, & electo  
Cytrenſi.*

*Epiſt. 112.  
De decimis fel-  
vendis.  
Vide ſuprā epif.  
103.*

Onquesti sunt nobis venerabiles fratres nostri Larissenus Archiepiscopus & suffraganei ejus quod nobilis mulier relicta bona memoria Marchionis Montiferrati decimas ipsis debitas nec ipsa per solvit, nec ab hominibus suis Gracis vide licet & Latinis permittit exolvi. Cum igitur decimae, quæ tributa sunt eagentum animarum, à laicis sine salutis periculo detineri non possint, discretioni vestrre per apostolica scripta mandamus quatinus eandem nobilem, ut debitas decimas & ipsa per solvat eisdem, & ab aliis persolvi permitrat, monitione praemissa per censuram ecclesiasticam appellatione postposita

compellatis. Quod si non omnes &c. duo vestrum ea &c. Datum ut in alia &c.

*ARCHIEPISCOPO NEOPATRENSI  
& Priori sancti Demetrij Thessalonicensi,  
& procuratori episcopatus Dimicensi.*

*L* Acrymabilem venerabilis fratris nos tri Cardicensis Episcopi &c. *at ſuprā epif. C.I. per totum. Datum Laterani No-  
nis Iulij, pontificatus nostri anno tertio-  
decimo.*

*In eis exemplari ſequens nota adſcriba eras in marginis  
ſuperioris epif. & diuina que ſequuntur. Ibi littera fac-  
tum reſcribitur, & ſic correptum, poſquam fuerunt ambe  
bullata.*

*CARDICENSI, SYDONIENSI,  
& Fermopilenſi Episcopis.*

*D* Ilecti filij Prior & Capitulum domi-  
nici ſepulchri ſuam nobis obtulere De ſuprā  
querelam quod cūm dilectus filius noſter  
Benedictus tituli sancte Susanna Presby-  
ter Cardinalis, qui tunc in partibus Roma-  
niæ legationis officio fungebatur, mona-  
ſterium sancti Lucae de Sciro cum pertinen-  
tiis ſuis ipsis & eorum Ecclesiæ pia devotio-  
ne duxerit concedendum, Abbas & mona-  
chi ejusdem monaſterij Graeci Davaienſis  
dioceſis diuī Cardinalis conſeſſionem temerē  
obviantes, fuli quorundam auctoritate poten-  
tum, debitam eisdem obedientiam &  
reverentiam contumaciter denegant exhibe-  
bere, & tam ipſi quām prædicti potentes  
ipſis ſuper eodem monaſterio graves mo-  
leſtas inferre præſumunt. Nolentes igitur  
prædictos Priorem & fratres in ſua pati-  
ſtitia laſionem, fraternitati vestrre per apo-  
ſtolica scripta mandamus quatinus Abba-  
tem & monachos memoratos, ut ipsis Prio-  
ri & Capitulo debitam exhibeant obedien-  
tiam & honorem, & laicos, ut ab eorum  
molementationibus indebitis penitus conqſec-  
tant, monitione praemissa per censuram  
ecclesiasticam appellatione poſtpoſita com-  
pellatis. Nullis litteris veritati & iustitiae  
præjudicantibus à ſede apostolica impre-  
tratis. Quod si non omnes &c. duo ve-  
ſtrum &c. Datum Laterani Idibus Iulij,  
pontificatus nostri anno tertiodecimo.

*ILLVSTRI CONSTANTINOPOLITANO  
Imperatori.*

*S*I te ſervum recognoſci illius per quem  
datur potentialiter omnis honor & con-  
ceditur principatus, honorare te condebet  
ſanctam Dei Eccleſiam, ſponsam Christi,  
& ejus ministros ſceptro tuae potentiæ ab  
hoſtium incurſibus defenſare, ut dum com-  
moditatibus ſummi Regis piè intenderis